



**Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum
Codicem Iustinianum locupletissimus**

... In Quartum Et Quintum Codicis Libr. Prælectiones / Additionibus Philippi
Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Prædijs vel alijs rebus minorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95990](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95990)

Baldus super Quinto Codicis.

¶ Lex secunda.

¶ Non est vobis.

Quando contractus non tenet ipso iure non debet peti in integrum restitutio. h. d. ¶ Et sic. Qui habent viam explicatam, non debent petere viam implicatam.

¶ Lex tertia.

¶ Cum emancipatus.

¶ Et sic. Pater non potest alienare rem filii sine decreto. h. d. quod est verum quando alienat ratione officii, secus quando iure patris in casu permissio: quod tunc non est necessarium aliud decretum: ut not. Bald. in summa de bonis que lib. secus in casu prohibito: ut l. i. de bon. mater.

¶ Lex quarta.

¶ Non solum.

¶ Et sic. Minor frater non potest alienare in fratrem maiorem sine decreto rem prohibita alienari. h. d. ¶ Non ob. de fideicom. l. voluntas: quod ibi erat prohibitio testatoris, hic prohibitio legis, propter defectum etatis. h. d. Bald. de trans. actio l. si pater. et. s. si aduersus transactio. l. penultima.

¶ Lex quinta.

¶ Si pater.

¶ Et sic. Decretum facta alienationi interpositum, non tenet. h. d. Idem in decreto contra: ut l. i. §. h. de verba. si. ne vis fiat ei.

¶ Tutor et curator non possunt constituere procuratorem ad ea que sunt de iurisdictione voluntaria.

¶ Lex sexta.

¶ Inorum.

¶ Et sic. Non sufficit causas allegare, sed oportet probare. h. d. vel sic. Ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris, non potest constitui procurator. h. d. secundum alium intellectum singularem. et est hic speciale. arg. s. qui pe. tuto. l. cum a matribus. sed ibi agitur de favore pupillo, hic de preiudicio. vel dic quod hic non constituebatur procurator a minore cum auctoritate curatoris, sed ab ipso curatore, quod non potest fieri: nec erat hic contestatio, nec sperabatur contestatio, cum esset actus iurisdictionis voluntarie, non contentiose. ¶ Et non quod tutor et curator non possunt constituere procuratorem ad ea que de sunt de iurisdictione voluntaria, secus ad negotia: secus in iudicio post litem contestatam. alij ponunt quod hic non sufficit iuratio procuratoris, sed requiritur probatio causarum.

¶ Lex septima.

¶ Ad resoluenda.

¶ Et sic. Minor non potest alienare rem non alienabilem: ita nec eam potest restituere, vel restituere. h. d. quod est notari dignum. ¶ In ter. ibi. cotulerat, tradendo dicit glossa parua, vel etiam promittendo, ut in alia glo. ex qua not. quod sicut minor non potest alienare rem in re, ita nec ius ad rem, quod non.

¶ Et sic. Ita equiparatur ut not. s. si aduer. trans. actio. l. i.

¶ Lex octava.

¶ Redia rustica.

¶ Etiam propter nuptias non potest minor alienare sua auctoritate rem non alienandam. h. d. ¶ In ter. ibi. confessio. §. de libe. cau. l. cum precum. et est verum quando verba sunt assertoria: secus si narratoria: nec super eis fundatur intentio: ut s. fa. creff. l. qui familie. quod non multum.

¶ Principale non tenet, et tenet accessorium, regulariter contra.

¶ Lex nona.

¶ Si is quem.

¶ Et sic. Tutellegio non obliget fideiussores nisi cui privilegium non competat, obligat. h. d. quod est multis notabile. et hoc est verum in preiudicio minoris: ut hic. idem in preiudicio dotali: ut not. ff. de fideius. l. cum leg. quod tene. m. et. ¶ Nota quod non tenet principale, et tenet accessorium. Alij dicunt quod tenet hic vtrumque in preiudicio curatoris, sed non minoris: quod curator contrahit principaliter et accessorie: et diuersis nominibus. prima opinio potest sustentari: quod ubi non est eadem ratio vitandi principale et accessorium, ita potest stare accessorium sine principali, quod principale vitatur de iure specialiter no. ff. de pac. l. si tibi. §. de pigno. re. et no. in l. i. §. i. quib. mod. pig. vel hypo. solui. secus si est eadem ratio vitandi vtrumque: ut ff. ad trebel. l. si heres pecuniam. et sic loquitur, s. de legi. l. non dubium.

¶ Lex decima.

¶ Rediorum.

¶ Et sic. Minor rem alienatam vendicat, nec restituit pretium, nisi quatenus recepit probatur. h. d. hic gl. dicit quod ubi contractus non tenet incumbit onus probandi aduersario minoris: ubi vero tenet minor, quod est no. Jac. but. et quod aut minor negat veritatem, aut ea contestatur, et negat veritatem in eius utilitate. primo casu probat aduersari minoris, secundo, minor hec est veritas. Fallit in actu mutui, ubi debet probari veritas vel presumptio per agentem: ut ff. si cer. pe. l. ciuitas.

¶ Lex undecima.

¶ Si quidem.

¶ Et sic. Abi contractus in solennitate, non est tractandus de preiudicio paritate: secus ubi oia sunt solenniter acta. hoc dicit. ¶ In ter. ibi. obstru. perit, sub qua autem forma sit libellus dicitur. glo. distinguit. vtrum erat alias venditus, vel no. domi. R. ichard. dicit quod semper ad rem ipsam de formari libellus in iure integrum restitutionis, et non ad pretium supplendum. Et probat hoc: quia ista non esset restitutio in iure, quod credo verum quantum in forma libelli, sed respecta rei contracti se offerat. Credo quod gl. sit vera: quia purgatur deceptor: ergo cessat restitutio.

¶ Lex duodecima.

¶ Res alienum.

¶ Et sic. In dictionibus exclusiuis, que non excludunt ea que procedunt per eandem.

¶ Prima opinio. no. calum. in quo tenet accessorius, non essente principali, vide alios casus per Bald. in l. pacta que ptra. C. de pact. And. Barba.

¶ Abi contractus. idem dicas si pretium fuit per in dicem rapatum, gl. in l. i. art. preiud. §. permittitur. ff. de mino. adde §. diti in c. cum dile cti. de emp. et ven. And. Barba.

¶ Libellus. not. pro libello et contra Bart. hic.

¶ Exclusiuis. Et de Bald. in l. i. §. de interdi. matr.

